

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 8: De luxuria (18)

Idem (Augustinus):

Demones, scientes pulcritudinem esse anime castitatem,  
et per hanc homines angelicis meritis quibus illi lapsi fuerant coequari,  
liuore percussi invidie miscent per sensus corporis opus desideriumque  
libidinis quatenus a celestibus deorsum deiectam animam pertrahant,  
secum quo merent, et gloriantes ad tartara trahunt.

Daemones, scientes pulchritudinem esse animae castitatem  
et per hanc hominem angelicis meritis e quibus illi lapsi sunt coaequari,  
liuore perculti inuidiae, iniciunt per sensus corporis opus desideriumque  
libidinis quatenus a caelestibus deorsum deiectam animam pertrahant,  
secumque, quod uicerint gloriantes, ad tartara ducant.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.39.22 (CCSL 111, P. Cazier ed.,  
p.175, ll.115-120).